


Procemium Cristoferi.

Christophori Landini Florentiniin. p. Virgi. interpretatiões procemium ad petrum medicen magni Laurentii filium.

AGnas immortales q̄ Petre medices priscis illis viris gratias habendas censeo: qui bonis artibus atq; disciplinis excogitatis atq; repertis: vitam nostrā ita excoluerunt: vt recte cōmodeq; degere possemus: atq; intra naturę humanę terminos consistentes: in ferinos cultus: moresq; non labere mur. Maiores tamen ac potius maximas illis habendas haud dubitauerim: quia ea inuenerunt: quibus animi nostri veluti quibusdam alis suffulti: & humanā conditionem transcenderent: & his quę terrena caducaq; sunt pro nihilo habitis: ad diuinaq; rerum cognitionē euolarent. Ex qui bus quidē omnibus ego poeticam primas sibi vendicare (modo equos sortiatur iudices) facile me coniecturę existimo. Verū nos huiuscemodi disputationi: & cōueniētiorē: & qui illam non solū postulie:: verum potius efflagiter: locum addiximus. Interim autē cum eum nobis poetam interpretandum assumpse rimus: qui vel ex omnibus terrarū regionibus: quarū habitatores historia cognoscantur: vel ex omnibus seculis. quoq; memoria ad nostrę vsq; tempora scriptorum beneficio peruenerint: si non primus omo: primo tamen par pene equa liscq; sit: operę nostrę precū haud mediocre futurū extimo. si paucis tamē: ne pluribus q̄ necessitas exigat oſtēdero ex omi (q̄ innumera pene est) scriptoq; copia: illū pter cęteros: & ad grauiter ornateq; loquēdū: et ad bene beateq; viuen dum plurimū nobis conferre. Nā cum & intelligētia q̄ omes disciplinas studio industria q; adhibita assequi possu mus: & orōne qua q̄ didicerimus alios doceamus: hō a ceteris aīalibus differat: nonne in utraq; re ita princeps est. P. Maro: vt cū ab eo discesseris: vix nisi longo interuallo relicto: secūdū reperīt latini. Nā q̄ (imortalis deus) splendorē q̄ dignitatē orationi affert: Quid obsecro aut in maximis rebus sublimius: aut in mediocribus temperātius: aut ī hu miloribꝰ pressius excogitari hoc poeta potest: Quis ī singulis verbis eius elegantiā: Quis ī orōnis structura cōpositio nem: Quis in luminibus verborū ac sententiarū dignitatē maronis adequabit: Quod vero iure omēs stupescant: ita di cendi genus variat: vt rebus: temporibus: personisq; inseruiens: modo abundās copiosusq; fluat: modo breuis conci susq; cuncta p̄stringat. Decet illum nōnunq; siccitas. Decet nescio quid pingue floridūq; sepe autē suauissimo quodā contemperamēto ita huiusmodi in vnū omia cōfundit: atq; cōmiscet: vt mirabili voluptate audientiū aures demulce at atq; delectet. Nam quis dicendi ornatus excellentior esse potest: q̄ is in quo nec precipitata breuitas: nec infinita co pia: nec ieiuna siccitas: nec postremo nimium luxurians leticia appareat. Hoc quidem dicēdi genus apud quem alium in uenias non facile reperio. Ego certe apud neminem adhuc cognoscere potui: Si igitur tanq; magnum virum & omni laude dignum eum admiramur: qui horū vno vtatur egregie: si veluti eloquentię deum illum veneramur: q hos om nes: sed in diuersis locis adimplet: quibus laudibus obsecro: quibꝰ tantū laudibus hunc prosequemur: qui vnum in lo cum: vnam in rem: hęc simul omnia inaudita suauitate coniciat. Adde ad hęc q̄ cum duo sint dicendi genera: quorū al rum a quieto: & nulla perturbatione concitato animo mature grauiterq; proferatur. Alterū vero in quo quia nihil ra rione: sed omnia summa perturbatiōe agunt: ardens insensum: torrensq; nominarunt: nonne vtrūq; ita distribuit. P. Maro. vt seruato hominū ingenio ac natura vnicuiq; suum attribuat: quid enim grauius maturiusq; Aenea: latinoq; & si quos horum similes inducit: quid contra ardentius: erectius: infensiusq; pyrro. Turno drāce: sed in primis ipsa Iu none troianis semper infensa fingere potuit: Sed vt ad ea membra in qua totum dictionis corpus diuidimus: quādoq; deueniam: ita proponunt atq; inuocant poete: vt his ea omnia quibꝰ procemiū perficitur summo artificio absoluant: quapropter quo artificio: quo diuini ingenii consilio tantus vates & a magnitudine vtilitatis ac nouitate reę attentū: & ab erumnis inuicto animo perlatis: & ab inuisitis crudelissime iunonis odiis fauorē concliat: q̄ perspicue docilem aperte absoluteq; re proposita reddit. Iam vero narrationibus suis: nec dilucidius quicq; nec verisimilius inuenies. In partitiōibus aūt quid quominus clare atq; absolute sint deesse perturbabimus. Nam similitudines: amplificationes: ex empla: digressiones: signa rerū. argumentationes: ceteraq; huiusmodi: que quidē tum ad probandū: tum ad refutandū plurimū valent: tam multa: tam varia: tam vehementia sunt: neq; copiosiora: neq; efficaciora: aliunde exempla sumi possunt. Pretereo eius epilogos: pretereo diuersis in generibus variis referta affectibus oratione. Neq; in eo ero occupa tus: vt ostendam q̄ vehemens ad indignatiōnē insurgat: q̄ mitis e cuiusuis pectore misericordiā eliciat. Hoc tamē si lentio non pretermittam. nam in alijs imitandis siue greci illi fuerint: siue latini: tam diligentē orationē adhibuit tanto cō silio vt illa suis quadrarent: curauit: vt nō aliunde accepisse: sed ipse peperisse. ac a se parta aliis mutuasse videatur. He siodum in Georgi. greco etiā iudice longe superauit. Nā in Theocrito si inde doricam illā locutionis proprietatē: quod greci ἰάονα nuncupant amoueas: quod & moribus: & verbis pastoralibus vehemēter quadrat: quod preterea inue nies in quo latinus poeta a Siculo vinci putetur. Hoc tamen in Vir. admiror: quod in Theocrito & si abit desidero Nam pastorię illius ruditatis ita naturā exprimit: vt ne Roscius quidē bucolicā psonam expressius agat: q̄ ille ingēia: moresq; refert: quod quidem cum prestiterit: ac per omnes numeros ita absoluerit: vt ei quem ubi imitandum propo uerat: nusq; cedat: tamen quod poetarum est: eodem figmento maiora quędam contegit: vt q̄ uis a persona pastorali non discedat. tamē alium sensum longe excellentiorem sub illo vulgari absconditi: vt opus duplici argumento ornatū: & illi qui in promptu est inseruiat: & illum qui latet perficiat. Quā rem si qui sunt: qui vitio illi vertant: ii quid propri um poetarū sit ignorare conuincentur: & profecto ad maxima quęq; ac diuina natus hic poeta: ita in humilioribus a prima ætate se exercuit: vt iam tum maiora illa & mente concepit: & vt res ferebant aliqua ex parte ita edere inceperit: vt intra bucolicos tamen fines honorate consistiterit. Verum maius certamen cum Home. restat: cui cum grecorum scri ptorum ingens numerus in huiuscemodi pugna adhereat: ac pertinacius instet: victoria difficillima redditur. Verę cum laboriosum magis q̄ periculosum sit collatis signis in aciem prodire: nō faciet tamē Honorati Seruij opinio. vt in ea lo cum deserā: q̄uis affirmet Maronē longo interuallo Homerū secutū esse. Magisq; me mouet & Afri domitii: & Quin tiliani auctoritas: qui illum ita secundū ponunt: vt pene illum primo æqualē reddant. At dices si latini sunt: & qui au ctoritate potius q̄ argumentis pugnent. Nam cum quid sentiant explicauerint: nō multum laborā: quare ita senserint rationibus confirmare. Itaq; longe pluris facio Macrobii iudicium: q tum eloquentia excellens: verę faciledeprehende re potest: tum quia a grecorū factione est seuerius (q̄ fore par est) iudicium in eum exercet. Sed tamē vide quid sentiat. Is enim innumeris pene locis ex vtroq; poeta ī medium adductis decernit: Maronē nostrū variis in locis modo vinci ab Home. modo victorē ex eo prelio discedere. Itaq; quod ab homine aduersę factionis dat: accipiendū puto: & cum nullam in partē inclinat victoria: receptui apud illum canant egregie nobis cum actum putauimus. Nā q modo vin citur: modo vincit: hunc ego nō secundū sed parē iudico. Verę quid plura p̄sertim cum de poetarū vi nulli potius: q̄ poe tę: & ei quidē egregio credendū oēs actioris ingenii viros iudicaturos nō ambigā. Quid ergo aqnas luue. iudicet: eius e carmine facile est cognoscere. Ait enim conditor iliados cantabit: atq; Maronis Altisoni dubia facientia carmina pal mam. atq; hęc de Home. Nam Nicandrū Apollonū: Pisandrū: Euphorionē: Euripidē: Pindarū: ceteroſq; multos ita

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
http://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/vergil1502/0008
gefördert durch die Gesellschaft der Freunde Universität Heidelberg e.V.